

**ANTISTITI VIGILANTISSIMI  
PRINCIPI OPTIMO  
SACRUM**

Reverendissimus atq; Celsissimus Episcopus Princeps  
Varmiensis & Sambiensis

**JOHANNES STEPHANUS  
WYDZGA**

Per Anagramma

**PETES DIVINAS GAŽAS IN UNO**

Evolutio

**Ad Episcopum - Principem**

**Summe PETES GAZAS DIVINAS VIR , & IN UNO**

Qvæ petis illa petis, qvæ petis ergo tenes.

**Unus enim Dominus fatum solet addere Voto,**

**Inde cupita capit, qvi capienda cupid.**

Evolutio

**De Episcopo - Principe**

**DIVINUS elector GAZAS si qværvis IN UNO,**

**s, ANO STEPHANO, Präfule ritè PETES,**

**Namtu, consilio Regnum plus ornat, Iberos.**

**agus auriferis invidiosus aqvis,**

Reverendissimus ac Celsissimus Princeps  
ac Dominus

DOMINUS

JOHANNES STEPHANUS  
VYDSGA,  
EPISCOPUS VARDIENSIS  
ET SAMBIENSIS

Per Anagramma:

APPROBANTE DEO HACTENUS  
AGIS: SENSIM INVISIS SEU  
IMPIIS SANUS ES.

Evolutio

AGIS DEO APPROBANTE qvævis HACTENUS  
Feliciore calculo,  
Amor piorum fervet in Te Præsalem,  
Largâ qvibus prodes manu.

Qvin SANUS INVISIS qvoq; es, SE u crimine  
M̄rum notatis IMPIIS;  
Ceu Lux tenebras discutit: sic Sanctitas  
Vitz juvat caliginem.

SENSIM tamen qvæ sunt agenda perfici  
Scitum nec est, qvod est ci

REVERENDISSIME EPISCOPE CEL  
SISSIME PRINCEPS.



Bseqvia mea humiliata, qvi-  
bus Tuæ Celsitudini, Principiac Domi-  
no meo Clementissimo, sum obstrictus, sœpius me  
incitarunt, debitam meditari gratitudinem. Ex  
historiis quidem patet, neminem debuisse accede-  
re Principes & Reges Persarum, sine donario; Quid verò offeram se-  
reno illi vultui, ex cuius lineamentis sœpius fortunæ meæ schemata legi  
ac sensi? certè nihil oculis & animo obvenit, qvod votorum expletam  
avaritiam magis implere possit, qvam ipsum & augustissimum & felici-  
ssimum nomen JOHANNIS, cuiusq; via cum festiva acclamatio-  
ne, in Te, Clementissime Princeps, derivati memoriam, simulq; & Di-  
vi Genitoris Majorumq; Tuorum Excellentiam Paucis adumbrare  
satago; ea tantum ex limpidissimo obseqviosi cultus rivulo profluere,  
facundiamq; pro me loquentem constituere credas, subiectissimè  
exoro. INSIGNE WYDZGIORUM repræsentat in parte su-  
prema aquilam portantem soleam cum cruce in pede dextro. At-  
tende Illustrissime, magnam istam Jovis avem Tibi Episcopo Princi-  
pi indigitare, omnino divini Numinis consilium, in primâ istius sangvi-  
nis fundatione, apparere, futurum esse, ut ex hac familia Episcopus &  
Princeps, spes magna Parentum, exoriretur. Specialiter verò elucescit  
divinæ providentiae stabilitas profunditas, qvæ Tuis Proavis  
profundo & stupendo ut aperto mysterio voluit patefacere, sur-  
culum ex stirpe eorum enasciturum, qvì Crucem in pectore, Mar-  
tem in insigni, ut qvæ autem sub unico Diademate, qvo Tu jam es  
insignitus, possidebeat, nemo dubitat, qvin ad singulare Nu-  
minis arbitrium adest, sicut omnia, qvì modo velit perpendere, aqui-  
lam

Iam insigni involantem, Cum CRUCE & SOLE A, duplarem principatum, Cœlestem & Terestrem, spiritualem & secularem, denotare.

CRUCEM IN SOLE A importare video, Te abolito Crucigerorum immanni imperio, futurum esse PRÆSIDEM in humanitate & clementia, quales isti fuerunt in Tyrannicâ atrocitate; hocq; iterum non Marte & bello, sed arte & calamo. Inclusionem verò CRUCIS IN SOLE A patente, significare Martem & Minervam in contubernium esse affectos, hocq; ipso colligendum, jamjam ex fatorum dictatura multa ante secula demandatum esse, quam ex familiâ Wydzgiorum Episcopum & Principem simul, eamq; ob causam in TERRIS PRUSSIÆ, & nullo alio in loco, quam in VARMIA, excellentissimum sortiri effectum debere, quod etiam Imperatorem Romani Imperii, Catolorum quartum, movisse credo, ut Varmienses Episcopos, pro Complendo insignis Tui ominoso Mysterio, inter Principes Romani Imperii collocaret, & uti eorum insigne præsentat, gladio donaret.

Sub SOLE A PATENTI & inversa, grave mysterium subesse existimo. CRUX signatura Episcopalis, & quæ de collo suspensa ab omnibus Episcopis geri conspicitur, indicium futuræ æternæ beatitudinis, quid aliud portendit, quam ex stirpe WYDZGIORUM secularium per soleam significatarum, oriundum esse talem, qui eis ex temporali hâc ferrea miseria, ad cœlestia patentem transitum parare valeat.

Curatius inquirenti, ubinam avis in illustrissimo Tuorum insigni remansit, potuisse responderi: mutatam esse in Tiaram, in Diadema Episcopale, hoc jam coronæ in insigni præsidet, & cum hoc, nisi gravi iterum mysterio, ortui Tu vel inveniatum, ante annos tot Tribunal cœlicum decrevit; PRÆSIDOLO RARUM PRUSSIÆ voluit determinare, itaque quidem Aquila in insigni, quæ in Tuo animo, alter Phœnix regeneratus se fixit.

Probavit hoc præteritum interre  
ivp  
mali

te Re-

te Regni Poloniæ cuncti ad Te, uti Præsidem Supremum & Patrem Prussiæ, sub umbra alarum Tuarum dulce Patrocinii refrigerium quærentes, configiebant. Accuravit hoc tempore Cœlum, ne prius illa fierent, aut procurarentur, quam Te, ad perennitatem natum, solenni ritu Natura consecravit, & ad grande hujus operis Instrumentum WYDZGIORUM sangvinem expostulavit. De quo augustissimo sanguine Regni totius, vel infensissimorum hostium, non nostra reqvirenda sunt judicia, ex quibus, ominoso consensu unitis, hoc didiceris, WYDZGIOS semper, in majorem Tui gloriam, generosum sanguinem ostendisse, propterea etiam nativam huic sanguini notam, summa non mereri tantum, sed & superare.

SANGVIS MARTIUS JOANNIS WYDZGA, divi genitoris, in illustrissimas Cordis Tui fibras concretus, superveniente Salvatoris sanguine illuminatus, jam non præsumit hostes armis vincere, sed divina ambrosia cicurare, impressum tamen virtutum characterem non potuit Natura, sed ipsa DEI providentia sub jugum Episcopi Principis redigere, & quasi Cœlesti hoc sororimonio, quod inter DEOS Dealque melius, quam hic, intercedere non possit, pacificari.

Laudatus DIVUS GENITOR JOANNES WYDZGA, Magister Eqvitum generosorum Vigilantissimus, in Moschovia & in confinibus Regni contra Rebelles Cossacos & ingruentes, non solum fortiter pugnavit, sed & hoc meruit, quod omnium voces gaudii velut secretum honorem superfundentes per nubes, Palatinatum Russiæ & Leopol. quæcum JUDICIORUM TERRESTRUM & LATOREM & OBSERVATOREM exclamant, everberentur. Qvis non miretur divinam providentiam.

Tu quidem ejus Illustrissima Progenies, Iub vexillo Christi militem agens, Prussis in hac parte felicibus, non jura & Leges condere, ne tamen percant aut corruant, propositus es Vi-

B

gilantissimus Custos, & providissimus observator. ANDREAS  
WYDZGA Vexillifer Plocensis: Privilegium Unionis & Concordiae  
cum Pruthenis, sub Uladislao Poloniæ & Ungariæ Rege, Anno 1436 ere-  
xit. Tucum Pruthenis concordiam sub Serenissimo ac Poten-  
tissimo Rege Joanne Casimiro, & inter Eandem S. R. M. & Electo-  
rem Brandenburgicum pacem & amicitiam restabilitam procura-  
sti. STANISLAUS WYDZGA in bello Wallachico, sub Illustrissimo  
Mielecki Supremo exercituum Duce, miles eximius post se æternam re-  
liquit nominis gloriam, qvæ nullo alio respectu ei collata videtur, ni-  
si ut cum nobili sangvine fama Illustrissimam Tuam Generositatem  
spargat, teque jam dupliciter coronatum ad astra reponat.

Tui ipsius in Juventute famam memoria noluit obvelare, qvan-  
do non inter Sybaritarum irritamenta, apud exterias nationes, in Italia  
& Gallia, virtutes & apices Divinarum Literarum versando, calamum  
tractasti, ubi in virili ætate gravissimis Viris & METROPOLI LEOPOLIEN-  
SI PRÆPOSITUS constitutus es, ibi non potuit fama increbescere, qvin  
eximia autoritatis vir clamasset:

Quem virtus simulat, cui verum corde refedit,  
Cui pietas plaudet concomitata fide.  
Ille mibi merito censendus magnus Aristes,  
Atq[ue] illi soli præmia jure patent.

Non potuit non mox diffundi nominis Tui celebritas, dum  
CANONICUS CRACOVIENSIS ET PLOCENSIS declaratus es. Ubi Gazophylac-  
ium Virtutum Tuarum aperiebatur: cum non minimo desiderio,  
divini Roris essentiam cordibus D. D. ULADISLAI & CASIMIRI GLORIO-  
SISSIMÆ MEMORIAE REGUM CONFERMENTANDAM, CONCIO-  
NATOR per quindecim fermè annos persistens, vocatus es.

TACEBO ABBATIAM ZEZECHOVIENSEM, & quando tandem

suo

suomodo gemmas suas producere cœpit aureas sangvis paternus, dum  
THESAURARIUS ploclamabaris Serenissimæ ac glorioissimæ Reginæ Po-  
loniæ, in qvod qvidem ad Tempus consentire Voluit divina provi-  
dencia, ut ex isto Regio pectore informeris, qvomodo Tibi mox re-  
gnanti divina gazophylacia, ad qvæ à multis seculis eras provisus, ser-  
vanda essent. Interim subtile sangvinis & innatarum virtutum  
Tuarum & Majorum fermentum, massam hanc in majus aliquod Re-  
gni emolumentum præparare cœpit: ubi Solamen pauperum: RE-  
RENDARIUS REGNI & SECRETARIUS MAJOR S. R. M. dictus es.

Typus futuræ seqventis dignitatis, qvæ Te in EPISCOPUM  
LUCEORIENSEM & BRESTENSEM, ut qvi antea desideria & neces-  
sitatem Regni, Regiæ Majestati, jam eandem ipsi Monarchæ DEO re-  
feras, evexit. Tam arduum est Tui nominis Encomium, ut  
etiam illis, qvibus vita est oratio, qvo satis extollant, lingua hæreat.

Tandem etiam Divi genitoris nomen JOANNIS privilegia gra-  
tiarum omnia aperuit. Præcursoris JOANNIS Titulum non ca-  
pis, non ambigua in jactum sortis, sed omen, sed Cœlum Tibi dedit,  
illi ex solitudine ad cathedram, Tibi qvidem non ex simili sorte, sed  
antegressis Majorum Tuorum Amplitudine dignitatibus tot innume-  
ris ad INFULAM EPISCOPALEM VARMIENSEM via exsplenduit. JO-  
ANNIS nomen alias vocatur GRATIOSUM. Admitte hic ad im-  
mortalium Virtutum tuarum lineamenta, umbratilem manum, ru-  
desq[ue] digitos. Probas hoc opere, ore, re. Silentio præterea  
MELLIFLUAM ELOQVENTIAM, qvacum omnium corda ad con-  
cordiam qvæsi concatentur, ferocissimaq[ue] tibi devincis. HUMANI-  
TAS, AEQUITAS, JUSTITIA, TEMPERANTIA & MODESTIA annu-  
jorum Platonicorum, & Catenæ Homericæ commemorationem super-  
rant, Nec jam vacat harmonicum concentum & Cœlicam Concor-  
diam tenui adumbrare calamo, qvo totum Episcopatum plus qvam  
naturali symmetria, & ei subjectas civitates conservare satagis. Rudera  
Frauenburgensijs Domus Episcopalis loqvuntur Tuam MUNIFICEN-  
TIAM,

TIAM, & quid magis, omnium pauperum ora, MISERICORDISSIMI SUI PRINCIPIS GRATIAM & CLEMENTIAM plenis buccis exclamare non erubescunt.

Patere Solem, quo aulam Tuam serenasti, humili ingenio adorare. Paucis multa comprehendam, & obice saltem linguae attingam, quid domi in Residentia agas: quam ingeniosissime omnium EPISCOPORUM VARMENSIVM origines, mores, doctrinam & vitam elegantissime concinnasti. Qvomodo præter alia primò Episcopi Varmiensis, postremo Pontificis maximi, Aeneæ Sylvii, ex omnibus libris maxima sedulitate dictoria collegisti, & cum summa adstantium admiratione in perpetuam Tui memoriam apponere jussisti, seqvitur de his omnibus occluso ore fidissimus testis anticamera Tua. DISCIPLINA DOMESTICA omnium servientium tenebrosas otii nebulas discutit. Qvod si vero LIBRARUM & SANCTIMONIAE TUAE GLORIAM qværo, spirat in te omnium Virorum gravissimorum ingenium. Viget genius & quantum summi cælorum principis indulget innocentia, expers labis integritas in Terre viviscit. Vive ergo REVERENDISSIME EPISCOPE CELSISSE PRINCEPS flore & vige. Dent ulteriorem felicitatem & clementiam, qui animum dederunt, cœlites, dent ulteriores vitæ annos, qui mentem. Conservent Te, EPISCOPUM-PRINCIPEM, qui te verum Prussiae Præsidem constituerunt. Fiant omnia pro voto, quem totvota precantium comitantur. Vive & flore, qui dignus es, ut felicitas, gloria & Virtus in aciem descendant. Vige tandem, Vive & Flore, & in æternum Vivere ne desine.

Principi Domino ac Bene factori suo Clementissimo hanc debite Gratitudinis statuam submisso animi culiu

P.

ANDREAS CNÖFFELIUS, S.R.M. & Celsit. S. Medic. Aulicus A.O.R. M.DC.LXXI. ipso Festo D. JOHANNI BAPT. Sacro.

---

THORUNII  
Typis excudit JOHANNES COEPSELIUS, Gymn. Typogr.